

## APPENDIX VI.

### EXPOSITIO IN CANTICUM CANTICORUM SALOMONIS.

CAP. I. — 1. *Osculetur me osculo oris sui.* Tangat **A** me dulcedine praesentie suæ, quem sæpius a prophetis promissum audiui. Quia meliora sunt ubera tua vino. Dulcedo evangelicæ doctrinae austeriter legali melior est. *Fragrantia unguentis optimis.* Dominus Spiritus sancti: A chrisma Christus, id est, ab unctione natus, quod nomen cum gratia sancti Spiritus in baptismio effunditur in omnes fidèles. *Ideo adolescentem dilexerunt te.* Electorum animæ gratia baptismatis renovantur.

2. *Trahe me post te.* Ut ascendentem in cœlos sequare. *Introduxit me rex in cellaria sua.* Fide in gaudia coelestis patriæ interiu. *Exsultabimus, et latabimur in te memores uberum tuorum super vinum.* In te, noui in nobis; memoris per omnia, fidei gratiam super legis esse doctrinam. *Recti diligunt te.* Nullus te diligit nisi rectus; et nullus est rectus nisi qui te diligit. *Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem.* Vox Ecclesiæ de suis pressuris. Nigra in pressuris persecutionum, sed formosa in decore virtutum.

3. *Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* In tentatione obscurata daemonum, formosa in mortificando desideria carnalia. *Nolite me considerare, quod fuscus sim, quia decoloravit me sol.* Nolite mirari, si hominibus despecta sim foris ob tentationum astus. *Fili matris meæ pugnaverunt contra me;* posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi. Acerbitas filiorum Synagogæ me fecit vineam Jerosolymis non custodire, sed multarum esse vinearum, id est, Ecclesiarum per orbem custodiendam. *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodatiuum tuorum.* Indica mihi pastorem meum, quem totaliter diligo, et in quibus pascua et requiem habeat, ne, æstu tentationum turbata, per sodalium, id est, hæreticorum conventicula eum querere incipiat.

4. *Si ignoras te, o pulchra inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum tuorum.* Si ignoras, te sub hujusmodi tentationum conditione mihi esse sponsatam, egredere a meo conspectu, et varios errantium actus sequere. *Et pasce hædos tuos juxta tabernacula pastorum.* Id est, perditos nutri auditores, secula insipientium doctrinas magistrorum. *Equitatu meo 192 in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.* Sieut priorem populum de Ægyptio liberavi timore, sic te, sponsa mea, si in me confidiris, liberabo inanibus minis.

5. *Pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis.* Tanta te verecundie salutaris virtute decoravi, ut castitatem promissæ mihi fidei nulla doctorum pravorum seductione corrumperem. *Collum tuum, sicut monilia; murulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* In colla doctores designantur. In monilibus opera exprimuntur, quia ea que verbo docent operibus ostendunt. In murenlulis Scriptura sacra ostenditur, quæ auro spiritualium sensuum fulget interior, et argento coelestis eloqui nitet exterior.

6. *Dum esset rex in occubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Rege Christo in beatitudine coelestis secreti quiescente, sanctorum virtus magnæ nobis gratiam suavitatis administrat. *Fasciculus myrræ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.* Mors dilecti mei, quam pro mea salute subiit, sem-

**A** per in mea memoria commorabitur. *Botrus cyperi dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Qui fuit fasciulus myrræ in amaritidine passionis, ipse est botrus Cyperi in dulcedine resurrectionis. Myrra tristificat, vinum latifificat. In vineis Engaddi propter charismata divina, que post resurrectionem largitus est in baptismo suis participibus. *Engaddi, Ions baptisatum significat.*

7. *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es.* Pulchra in simplicitate cordis et munditia operum. *Oculi tui columbarum.* Quia sensus tui spirituali sunt intelligentia prædicti.

8. *Ecce tu pulchra es, dilecta mi, ecce tu pulchra es.* Tu solus naturaliter pulchra, ego ex te pulchra. *Lectulus noster floridus.* Pax sanctæ Ecclesiæ et virtutibus sanctis florescit, et spirituali prole multiplicatur. *Tigna domorum nostrarum cedrina; laquearia nostra cypressina.* Tigna et laquearia doctores sunt in sancta Ecclesia propter munimenta et decorem. Cedrina et cypressina propter eximias virtutes eorum et odorem bonæ vitæ.

CAP. II. — 1. *Ego flos campi, et lilyum conrallium.* Ego decus mundi, et gloria humilium. *Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias.* Tu, requiem quaris, et laudas lectuli; recordare quod candidior tribulationum aculeos efficeris, et major est fructus prædicationis, quam quietis.

2. *Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios.* Sicut malus visu, odore, gustu, antecellit ligna silvestria, sic Christus antecellit omnes sanctos, qui filii Dei dicuntur, sed gratia, ille solus natura. *Sub umbra illius quem desideraveram sedi.* Eodem protegente, quem semper adesse quæsivi, quiesco, et secura permaneo. *Et fructus ejus dulcis gutturi meo.* Quia gratiae suæ coelestis dulcedine me refecit.

3. *Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.* Cella 193 vinaria Ecclesia debet intelligi, in cuius unitate solummodo Spiritus sanctus dari solet et accipi. Cujus gratia hoc loco vini nomine designatur. In qua cella ordinata charitas est, ut quisquam Deum toto corde plusquam seipsum diligat. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Consolamini me exemplis, seu incipientium, seu terminantium viam salutis, dum adhuc iuhius peregrinationis tædio amore supernæ visionis languesco. *Lava ejus sub capite meo, et dextera illius amplectabitur me.* In lava Christi temporalia ejus bona, in dextera perpetuae vite beatitudine designatur. Quia hic per spem meum roborat, et illic per remunerationem glorificat.

4. *Adjuro vos, filiæ Jerusalem, per capreas, cervosque camporum, ne suscitetis, nec vigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.* Contester pacifices fideliū animas, per suas quæcumque virtutes, quæ per munda et ruminantia animalia signatae sunt, ne pia fratrum studia aliqua importunitate impediant; sed sic quisque de proximi profectu, sicut de suo gaudeat.

5. *Vox dilecti mei.* Subauditur, hæc est; quem audiui adjurantem filias Jerusalem, ne me in ejus amplexu quiescentem susciterebant. *Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.* Tales enim saltus fecit

2. *Quod Sponsa in Canticis Ecclesiam exhibeat, censem plerique Patres et interpres recentiores.*

3. *Murenula est a muræna; nihilominus multi scribunt murenula sine diplithongo.*

CAP. II. — N. 3. *Cellæ vinariæ typo Ecclesiam significari, docent etiam Cassiodorus, Anselmus, Beda, et alii sacrae Scripturæ interpres.*

CAP. I. — N. 4. *Quid de hac Expositione sentiendum sit, in Isidorianis, dixi, c. 65, n. 45 seqq.* In Canticis canticorum mystice interpretando Hebrei, sancti Ecclesiæ Patres consentiunt. Inter cætera opus Ludovici a Ponte in Cantica canticorum diarium maxime est quod legatur. Pro a chrisma forasse legendum a chrismate.

dilectus meus. De cōolo venit in uterum, de utero in p̄sepium, de p̄sepio in crucem, de cruce in sepulcrum, de sepulcro redit in cōlum. Iste, qui elevatus est super omnes montes, et colles, id est, sautorum altitudines.

6. *Similis est dilectus meus capræ, hinnuloque cervorum.* In assumptione carnis et humilitate capræ; in varietate virtutum et innocentia hinnulo cervorum Christus comparatur, id est, patriarcharum. En ipse stat post parietem nastrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Indutus parieti nostræ mortalitatis latuit, sed prospiciens ad nos per cancellos, et fenestras miracula fecit, ut ex miraculis appareret Deus, qui ex passionibus latuit. En dilectus meus loquitur mihi. Ad prædieandum me hortatur, dicens:

7. *Surge, propera, amica mea, formosa mea, et veni.* Surge de stratu quietis, in quo tuimet sofius curam agere quæreris; propera tu, et veni ad impendendam etiam proximis euram salutis per studium sedulæ prædicationis. Jam enim hiems transiit, imber abiit, et recessit. Jam frigus infidelitatis, et imber iniquitatis recesserunt, quæ totum orbem usque ad tempus Dominicæ incarnationis tegebant. Flores appauerunt in terra nostra. Id est, initia fidei et justitiae floruerunt in mundo, crescente Ecclesia.

8. *Tempus putationis advenit.* Id est, ut, amputatis inutilibus vanæ religionis sarmentis, futuro fidei fructui præparentur corda hominum. Vox tururis audita est in terra nostra. Id est, Christi Salvatoris nostri dicentis: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Ficus protulit grossos suos. Veteris legis præcepta cederunt. Vinae florentes 194 dederunt odorem. Id est, evangelicus populus, seu vites florentes sanctæ conversationis odorem longe lateque dederunt.

9. *Surge, propera, amica mea, speciosa mea, et veni; columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriaræ.* O sponsa, et amica, cui tanta obtuli bona, surge, et veni; accingere ad certamen, unde aeternam quietem accipies. Columba mea, per infusionem sancti Spiritus. In foraminibus petræ, id est, vulneribus, quæ pro salute sponsus accepit. In caverna maceriaræ, id est, custodia virtutum cœlestium. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox, videlicet, laudis, vel prædicantis. Vox enim tua dulcis, et facies tua decora. Illius namque vox Dominus dulcis est, cui dulce vel verbum Domini annuntiare, vel ipsi Domino laudes resonare. Et illa fides decora est, quæ, ex operibus ornata, adversa pati non metuit.

10. *Copite nobis vulpes parvulas, quæ demoluntur vineas.* Id est, vincite hereticos, et schismaticos, pravos fidei, et dolosos verbo, qui dente pravae doctrinæ rudes fidelium mentes lacerare solent. Nam vinea nostra floruit. Id est, late electorum plebes germinant.

11. *Dilectus meus mihi, et ego illi.* Id est, solus mihi dilectus, et solus adjutor mihi est. Et ego illi sola sum dilecta, quia nullus alius recet diligit Christum, nisi unica Ecclesia, et nulla alia ab eo diligitur. Qui pascitur inter lilia. Id est, munditia fidei, et candore virtutum. Donec aspiret dies, et inclinatur umbræ. Donec venturi sæculi lux oriarat aeterna, et umbræ, id est, errores præsentis vitæ transeant. Revertere, similis esto capræ, hinnuloque cervorum super montes Bethor. Obsecro, dilecte mi, ut sapientia dulcedine visitationis meæ revertaris ad me, qui carne, quam de patriarcharum origine sumpsisti, super omnes altitudines cœlestium montium ascendiisti, ut laboremi peregrinationis meæ speculatione aeternæ patriæ releves.

CAP. III.—4. *In lectulo meo per noctes quæsivi quem diligunt anima mea; quæsivi, et non invisi.* Jam dundum, inquit, multo studio quæsivi Dominum; sed quia adhuc illecebris carnis meæ subdia fui, et teuebris ignorantiarœ obæcata, non inveni lumen veri-

A tatis, id est, Dominum. Surgam, et circuibo civitatem, per ricos et plateas queram quem diligit anima mea, quæsivi illum, et non inveni. Proposui animo meo surgere de lectulo carnarium voluptatum, terras ac maria circumire, et philosophorum audire magisteria; sed nec sic inveni illum.

2. *Inveniunt me vigiles, qui custodiunt civitatem.* Num quem diligit anima mea, vidistis? Vigiles sunt qui custodiunt Ecclesiæ apostoli, et doctores, qui gentilitatem veritatis indagine sollicita inveniunt. Paulum, cum pertransisset eos, inveni quem diligit anima mea. Dum me illorum magisterio tradidi, mox lumen veritatis, quod quæsivi, inveni. Tenui illum, nez dimittam, donec introducam illum in dominum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ. Teneo illum firma fide, donec in fine sæculi per officium prædicationis introducam illum in dominum, et in cubile 195 Synagogæ, quæ me genuit in Domino, et sit unum ovile, et unus pastor.

B 3. *Adjuro vos, filie Jerusalæ, etc.* Ideo hunc versum repetit sponsus, ne minorem Ecclesiæ de gentibus congregatæ, quam de Judæis habere sollicitudinem putaret, sed ut sit de utrisque una sponsa, et ita dilectissima.

4. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum?* Miratur Synagoga quinodo gentium populus, nullo circumcisionis mysterio emendatus, nulla prophetarum admonitione eruditus, subito ab insimili voluptatibus per desertum idolatriæ et gentilitatis ad alta virtutum culmina, et sponsi amplexus ascendisset. Sicut virgula sum ex aromatibus. Igne amoris accensa omni misericordia at cœlestia tendit.

5. *Myrræ, et thuris, et universi pulverei pigmentarii.* Ex mortificatione carnalium voluptatum, et puritate orationum, et omnium virtutum odore. En lectulæ Salomonis sexaginta fortis ambiant ex fortissimis Israel. Lectulus Salomonis est conversatio sanctiorum; sexaginta fortis predicatorum sunt sancti, et fortissimi bellatores, qui mundo corde digni sunt Domini videre.

6. *Omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi.* Tenent enim gladium spiritus, quod est verbum Dei, qui quod ore docent opere complent. Unitusque ensis super femur suum propter timores nocturnas. Nocturni timores sunt in die temptationis occultæ. Ensis predicatoris est custodia vigilans, carnis concupiscentias premens, ne verbum prædicationis immunditia vitae maculet.

7. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.* Ferculum Salomonis est sancta Ecclesia, quæ credentes ad aeternæ beatitudinis epulas levat, quæ de foribus animo, quæ de lignis imputribilibus, constructa est. Columnas ejus fecit argenteus, reclinatorium aureum. Columnæ argenteæ sunt doctores eloquiliue fulgentes. Reclinatorium aureum est spes perpetuae quietis fidelibus promissa.

D 8. *Ascensum purpureum.* Quid est ascensus purpureus, nisi martyrum sanguis, et passio Redemptoris nostri? quia non ascendunt ad epulas vite, nisi per misterium passionis Christi. Media charitate construit prepter filias Jerusalæ. Omnis enim qui charitatem habet Dei et proximi, ad hanc requiem, et ad bas epulas letus perveniet. Haec omnia ornamenta Ecclesiæ presulū Christi ob nimiani charitatem, qua dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis.

9. *Egredimini, et videte, filii Sion, regem Salomonem.* Egredimini mente, et actu de turbulenti mundi eversatione, ut regem pacis valeatis videre. In diadematæ, quo coronavit eum mater sua. Vide Domum Christum in humanitate, quam de Virgine matre susceptam, in majestatis paternæ dextera collocauit. In die desponsationis illius. Id est, in tempore incarnationis illius, quo ad copulandam sibi Ecclesiæ sponsam ex virginali utero processi. In die latitiae cordis ejus. Id est, redemptoris humani generis, quæ fuit dies latitiae Christi.

**196** CAP. IV.—**1.** *Quam pulchra es, amica mea; quam pulchra es?* Pulchram dicit Ecclesiam, et pulchram repetit, quia hanc et actione et prædicatione vident esse laudabilem. *Oculi tui columbarum.* Sensus tui spiritualium sunt rerum contemplatione excellentes, ac venerandi. Absque eo quod intrinsecus latet. Magna est gloria aperte operis, sed longe incomparabilior æternæ retributionis, quæ needum videri potest.

**2.** *Capilli tui, sicut greges caprarum.* Possunt in capillis populi Ideales accipi, qui maximum decus sua numerositate præbent Ecclesiæ. Quæ ascenderunt de monte Galaad. Galaad accervus testimonii interpretatur, qui bene convenit adunatae multitudini sanctorum. *Dentes tui sicut greges tonsarum.* In capillis fragilioris, in dentibus vero perfectiores quique ad regendam Ecclesiam apti designantur.

**3.** *Quæ ascenderunt de lavaero.* Id est, fonte sacri baptismatis, qui et tonsi, et loti sunt, hoc est, nodati renuntiando sæculo, et vita lavaero mundati. *Omnes gemellis fetibus, et sterili non est in eis.* Non est qui fetus boni operis in eis non agat. *Sicut vita coccinea, labia tua, et eloquium tuum dulce.* Vita coccinea doctrina veritatis intelligitur. Labia sponsæ coco assuūlantur, quia dominici sanguinis quo redempta est, premium prædicare non cessat Ecclesia, vel quia prædictio sancta ardore charitatis flammescit.

**4.** *Sicut cortex mali Punici, genæ tuae.* In genis verecundia, in malo Punico passio Christi exprimitur. Habet ergo ruborem in genis sponsa mali Punici, cum sacramentum dominicæ crucis verbis latetur, et factis probat. *Sicut turris David, callumatum.* Turris Ecclesia est, collum prædictores, quorum fides et constantia in eadem civitate firma est, et undique inexpugnabilis. *Quæ adificata est cum propugnaculo.* Propugnacula autem ejus civitatis Scripturarum saceratarum munimina sunt, vel Patrum præcedentium.

**5.** *Mille clypei pendente ex ea.* Quia, quot in divinis libris præcepia sunt, tot sunt factoris nostri munimina, quibus contra insidias omnes defendimus. *Omnis armatura fortium.* Omnis instructio est vel operationis, vel doctrine coelestis; per quam non solum evadimus, sed etiam superamus. *Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli;* qui pascuntur in liliis, donec asperet dies, et inclinentur umbras. Duo ubera, duo sunt populi ex circumcisione venientes, et gentilitate; qui per hominitatem quidem parvos se intelligunt, et peccatores, sed charitate currentes, omnia obstacula mundi transeunt, qui pascuntur in liliis, hoc est, candidissimis sanctorum Patrum exemplis, donec præseutis mortalitatis umbras æterno die aspirante transeamus.

**6.** *Vadam ad mantem myrræ, et ad collem thuris.* In myrra mortificatio carnis, in thure devotio orationis exprimitur; quasi diceret sponsus: Frequentabo eos, et pia propitiis illustratione glorificabo, quos in passionis, sive orationis virtute sublimes esse perspicio.

**7.** *Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano.* Libanos candor interpretatur, id est, anima bonis aetibus candidata, quam tertio hortorum **197** sponsus ut veniat. Primo vivens in carne per bona opera; secundo, absoluta carne ad percipiendam vitam beatam; tertio, recepto corpore ad fruenda post resurrectionem gaudia perfecta.

**8.** *Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, et Hermon, de cubilibus leonum, de mantibus pardorum.* Leones propter superbiam, pardus propter crudelitatem maligni sunt spiritus; montes vero Amana superba infidelem corda, ubi immundi spiritus sedem habent, designant. Dum sancti prædictores tales ad viam salutis convertunt, coronantur de capite, et vertice montium, id est, principibus super-

A borum, quia de labore certaminis crescit corona gloriarum.

**9.** *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum.* In vulneratione cordis magnitudo amoris Christi in Ecclesia intelligitur. *In uno oculo rumin tuarum, et in uno crine colti tui.* In unitate sancta doctorum, id est, oculorum, et unitate sancta picbis, id est, capillorum. *Quam pulchra sunt mamæ tuæ, soror mea sponsa.* Item in mammarum nomine sancti doctores desigantur propter consolationem infirmorum, et parvorum sustentationem; quæ lacte exprimitur. *Pulchriora sunt ubera tua vino.* Suavitas gratia pulchrior est austernitatem legis. *Et odor tuorum unguentarum super omnia aromata.* Fama suavissima diffusa per totum orbem fidei latior est quam veteris legis et patrum in ea, quæ in sola Judea coangustabatur.

**10.** *Favus distillans labia tua, sponsa.* Favus mel in cera est. Mel autem in cera spirituosa est divinorum sensus, in littera mel stillans, quia multiplices sensus pene singula sententia habent: labia spiritus sunt doctorum, qui multiplicari sensus sacris litteris inesse pandunt. *Met et lac sub lingua tua.* In lacte eruditio parvorum, in melle perfectior docimina fortiorum signatur; sublingua, id est, in meditatione cordis.

**11.** *Et odor vestimentorum tuorum, sicut odor ihu-*ris. Vestimenta Ecclesiae opera sunt ejus, quæ odori thuris comparantur, quia cuncta, quæ sancta pro Domino agit Ecclesia, orationum pro ea vicem redundunt. *Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.* Hortus conclusus Ecclesia est, quia multilaria spiritualia operum germina gignit; fons est, quia doctrina salutis redundant; conclusus, quia Domini protectione munita persistit: signatus, sermone fidei.

**12.** *Emissiones tuæ paradisus malorum Punicorum, cum pomorum fructibus.* Per irrigationem sacri baptismatis sancta Ecclesia paradise ex se emisit malorum Punicorum, id est, sanctorum martyrum: cum pomorum fructibus, id est, cum sanctorum virtutum fructu. *Cyprum cum nardo, nardus, et crocus.* Cyprus arbor aromatica est, significatque coelestis gratiae benedictionem. Nardus dominice passionis typum; in eucos charitatis fervorem exprimit; conjungitur cyprinus nardo, cum divina gratia confortat nos **198** pro Christo pati. Item nardus croco conjungitur, cum charitate Christi mortem libenter soscipiens.

**13.** *Fistula et cinnamonum cum universis lignis Libani.* Fistula, quæ et cassia, arbor aromaticæ est, sed modica, et ideo spiritu humiliis designat. Item cinnamonum qui seipso despiciunt signat. Quæ et ipsa est brevis arbos, sed odorifera et dulcis. Sed humilitas magnam habet laudem et dulcedinem apud Dominum. *Cum universis tignis Libani.* Sicut fistula et cinnamonum humili es sanctorum cogitationes signant, ligna Libani sublimes eorum actiones demonstrant. Myrra et aloë arbores sunt aromaticæ, quæ continentiam carnis exprimit.

**14.** *Cum omnibus primitis unguentis.* Id est, charismatis virtutum excellentioribus, et pulchra est conjunctio harum arborum, quia dum carnem a lascivia refrenamus, consequens est ut majora spiritus dona percipiamus. *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluant impetu de Libano.* Utrumque Ecclesia; et fons est hortorum, quia spirituales gignit fructus, et puteus aquarum viventium, quæ impetu fluant de Libano, propter occulti mysteria quæ sanctis propter revelationem sancti spiritus solis panduntur; aquarum viventium, propter eloqua divina, quæ de invisibilibus divinitatibus gratiae procedunt thesauris; de Libano, de ipsa Ecclesia dicit, quæ et

**10. CAP. IV.—N. 12.** Calmetus, ad cap. 1, 15, ita eypnum describit: *Arbuscula mali Punici altitudine, foliis oleæ similibus, albo et odorato flore, fructu in-*

*star racemi pendente, odore suavissimo. De aliis arboribus odoriferis conferri potest Isidorus, in Etymolog., lib. xvii, cap. 7 et 8.*

candida est per munditiam fidei, et alta per virtutem gloriae.

15. *Surge, Aquilo, et veni, Auster, perfla hortum meum.* In Aquilone enim aduersa mundi, in Austro blandimenta designantur, qua gemina impugnatione probatur Ecclesia. *Consurge permittentis vox, non imperans.* Et fluant aromata illius. Id est virtutum constantiam miro odore dispergat.

CAP. V. — 1. *Veniat dilectus meus in hortum suum.* Veniat Dominus in Ecclesiam suam, ut eam ipse conservet immaculatam ubique, et lidei fruge secundet. *Et comedat fructum pomorum suorum.* Et libenter accipiat, grata terque inspicat opera servorum suorum.

2. *Veni in hortum meum, soror mea sponsa.* Veni (inquit) sapissime in Ecclesiam meam, et venio, ut corrigam, adjuvem, et confirmem. *Messui myrrham meam cum aromatibus meis.* Per myrrham passio, vel mortificatio, per aromata omnes virtutes exprimuntur. Metiti myrrham cum aromatis, quando martyres cum exteris electis ad maturitatem praemitorum perdacit.

3. *Comedi favum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo.* In favo et vino prædicatores, in melle et lacte auditores intelliguntur, et utrosque internos iudex approbat et remunerat. *Comedite, amici, et bibite, et inebriamini, charissimi.* Amici, faciendo quæ præcipio, obsecro, ita factis sanctorum, quasi epulis præcipuis, præcordia vestra replete.

4. *Ego dormio.* Donante gratia Dei, in pace præsentis vite eum colo. *Et cor meum vigilat.* Quo tranquillus sub incursibus externis quiesco, eo altius intus video quoniam bonus est Deus. *Vox dilecti mei pulsantis.* Pulsat ostium cordis, cum Dominus nos ad profectum virtutum excitat. 199 *Aperi nūbi, id est,* cor pando nūbi, soror mea. Amica mea, quia arcanorum mediorum cōscia. *Columba mea,* quia spiritus mei dono illustrata. *Immaculata mea,* quia sicut aspectu meo digna.

5. *Quia caput meum plenum est rōre, et cincinnum mei guttis noctium.* Caput Christi Deus. Cincinna sunt fideli um collectiones. In rōre et guttis noctium frigens charitas in multis ostenditur quam in Domino et proximis habere debuerunt. Ideo necessario excitat Dominus fideles quoque ad prædicationis studium, quo provocata ad laborem docendi respondet Ecclesia.

6. *Exscoliari me tunica mea, quomodo induar illa?* Ac si aperte dicat, deseruit negotia scutularia tui causa, quomodo repeatu illa? *Lavi pedes meos, quomodo inquinab illos?* Jam secretæ compunctionis letibus abhui cogitationes terribas; quomodo mundi sordibus ierum polluar? quia prædicationis efficiū sine occupatione sacerulari vix esse potest.

7. *Dilectus meus misit manū suā per foramen.* Manū quippe suam dilectus per foramen misit, cum nos Dominus occulta invisibiliter computunione ad opus virtutum accedit; nobisque in memoriam revocat, quomodo et quanta de sinu Patris descendens pro nobis est passus. *Et rēter meus intremuit ad tactum ejus.* Haec recolens intimā conscientia sponsa, tota expavescit; et pigritudinem quietis accusans, ad laborem prædicationis festinat; unde sequitur.

8. *Surrexi, ut aperirem dīcto meo.* Id est, verbum Domini prædicarem. *Manus mea sillaverunt myrram, et dīgiū mei pleni nyrrha probatissima.* In manus enim opera, in digitis discretio signatur. In myrram continentia et passiones: quæ tunc probatissima est, cum solumento pro charitate Dei et proximi vel continentia sit, vel passiones sunt.

9. *Pessulum ostii mei operui dīlecto m. o.* Pessulum dilecto aperit, qui templum sui peitoris divina visitatione et inhabitatione dignum fecerit. *Itē declinā-*

*A verat, atque transierat.* Quia nulli in hae vita plena visio Dei, sicut in futuro conceditur, ideo transire dicitur dilectus, id est, in futurum se videndum et perfruendum plenius ostendit.

10. *Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est.* Quanto suavius, inquit, vocem atque viciniam dilecti mei accepli, tanto sublimius quidquid in me frigidum erat, charitate incaluit; et quidquid rigidum erat, liquefactum est. *Quesivi, et non inventi illum.* Quia dominum compunctionis et dilectionis intimam non in arbitrio est voluntis, sed in miseratione donantis, ideo non semper habent illum æquilater, quia non ita se offert Deus in exilio laborantibus quomodo in patria regnibus.

11. *Invenierunt me vigiles, qui circumdeunt civitatem, percusserunt me, vulneraverunt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Custodes civitatis, id est, Ecclesiæ, sancti sunt doctores, qui sedula prædicatione circumdeunt corda singulorum, et spiculis ecclesiæ amoris vulnerant, 200 et, ut magis ardente, inflammescant, et vetustæ conversationis tutamen eis subtrahunt.

12. *Adjuro vos, filioe Jerusalēm, si inveneritis dilectum meum, ut nuntietis ēl quia amore langueo.* Merito languet sponsa, cum gladio verbi Dei percussa, terrenum exiit arietum; et filias Jerusalēm, id est, Deo dignas animas adjurat, ut sui amoris magnitudinem ad Dominum referant; et pro ejus videra gloria superiū sibi poseant auxilium.

13. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum?* qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos? Obsecro te, quia sic adjurasti me, ut amore quo te languescere dicis me quoque per verbum prædicationis facias ardescere, et mihi ostendas qualis sit dilectus tuus ex ea parte qua possit diligi, non timeri, quia perfecta claritas foras multit timorem.

14. *Dilectus meus candidus, et rubicundus, electus ex militibus.* Candidus, quia sine peccato; rubicundus sanctissimus Christus, qui solas mediator Dei, et hominum. *Caput ejus aurum optimum.* Caput Christi Deus, qui solus bonus et optimus. *Comitē ejus sicut elatē palmarum, nigrae quasi corvus.* Comitē catervae sunt sanctorum, que Deo fideli famulatu adherent. Elatæ, vel eleætæ paluce propter caput Christi, nigrae ob pressuras.

15. *Oculi ejus quasi columbae super rivulos aquarum.* Oculi ejus doctores sunt, per quos Ecclesia videt quæ recta sunt; qui bene confundit propter simplicitatem, et rivulus aquarum propter charismata divina comparantur. *Quæ lacte sunt lotie, et resident juxta fluenta plenissima.* Lacte lotas dicit, id est, gratia divina et dulcissima mundatas; et resident juxta fluenta plenissima, id est, omnium donorum spirituallium abundantia. Potest in rivulis veteris legis eruditio, et per fluenta plenissima perfectio evangelice doctrine signari, quia sancti prædicatores de thesauris suis proferunt nova et vetera.

16. *Genit illius, sicut areolæ aromatum consistit a pigmentariis;* labia ejus lilia distillantia myrram præman. In genit Salvatoris nostri et modestia pieas simul et severitas exprimitur. Areolæ aromatum virtutes, et dulcedo, et fama designantur. Consistit a pigmentariis prophetis et apostolis, his futura incarnationis ejus arcana, illis facta narrantibus. Labia ejus verba sunt doctrinae ejus. Lilia, quia claritatem ecclœ regni promittunt. Distillantia myrram primam, quia per contemptum voluptatum presentium ad hanc pervenientium esse prædicant.

17. *Manus illius tornatiles, aureæ, plene hyacinthis.* Manus, id est, opéra, quia quæ verbis docuit, tactis implevit. Tornatiles, quia in se omnem regulam justitiae tenent. Unde dicit: Oportet me omnem justitiam adimplere. Sunt et manus aureæ, quia omnia

quæ in homine gessit, divitias gloriae perficit. Plenæ hyacinthis, quia ad spem nos cœlestium atque amerem excitant, quia hyacinthus aurei coloris gemma est.

18. *Venter ejus eburneus, distinctus sapphiris. Venter dilecti fragilitatem humanitatis ejus designat, eburneus decorum castitatis. Sapphirus 201 sublimitas est cœlestium virtutum. Distinctus sapphiris, quia partim humana fragilitas esurie, tentatione, fatigacione, morte, partim divina celsitudine miraculis, resurrectione et ascensione gloriae-intelligitur.*

19. *Crura illius columnæ marmoreas, quæ fundatae sunt super bases aureas. Crurum vocabulo itinera incarnationis Christi insinuantur, quæ columnis marmoreis propter firmitatem et recitudinem comparantur. Fundatae super bases aureas, quia quidquid de eo vel per eum gestum est, omnia divinae provisionis consilio ante tempora sacerularia disposita sunt.*

20. *Species ejus, ut Libani, electus, ut cedri. Ut Libanus celsitudine et gratia arborum, alias montes, sic Dominus Christus omnes sanctos meritorum celsitudine et gratia virtutum antecellit. Electus, ut cedri. Sicut alias arbores, quæ in Libano nascentur, cedri superant dignitate sua; ita Christus omnes qui in Ecclesia ad vitam nascentur sua transcendent gloria.*

21. *Guttur illius suavissimum. In gutture interna dulcedo verborum illius memoratur, quam qui sapit, non esurit. Et totus desiderabilis. Quid amplius queris? Totus desiderabilis est, quia totus Deus, et totus homo, in quem desiderant et angeli propiscere. Deus in maiestate Patris, homo in virginitate matris. In illo creator, in hac salvator.*

22. *Talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus. Quanto devotius quisque diligit Dominum, tanto familiarius habet amicum Dominum. Et talem necesse est ut intellegas eum, si vis eum amicum habere. Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Vox Synagogæ; pro decore enim carminis variantur personæ colloquentium. Sed tantum Christi Ecclesia, quia sponsæ vocabulo exprimitur, designatur pulcherrima mulierum. Pulchrae sunt singulae Ecclesie sanctorum; sed pulcherrima universitas totius sanctæ Ecclesiæ per totum orbem. Quo declinavit dilectus tuus, et quarenum eum tecum? Qui aliquando in terra corporali specie versatus est, dic, quo declinavit ille, ut sequamur illum tecum?*

CAP. VI. — 1. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum. Quasi dixisset, illuc descendit in hortum, id est, Ecclesiam suam, ut eam fonte gloræ sue, quasi aream aromatum, irrigaret, ut virtutum horibus germinaret. Ut pascatur in hortis, et lilia colligat. Ego dilecto meo locum habitationis præparo in me, et ipse mihi apud se, qui semper inter saucta desideria mentium castarum pascitur. Hactenus sancte Ecclesie vix est quarens ac laudantis; nunc, quid quæstus respondet, subiungitur.*

2. *Pulchra es, amica mea, suavis et decora, sicut Jerusalem. Sanctam Ecclesiam suam amicam dicit, quia ejus vita desiderium visioni iam pacis intime assimilatur. Terribilis ut castrorum acies ordinata. Id est, charitate unita, et compacta, ut nullus locus hosti per malum discordia aperitur, quia solumente in unitate pacis terribiles sunus hosti.*

3. *Averte oculos tuos a me, quia ipsi me aroare fecerunt. Id est, oculis mentis tuae noli quarere in tua peregrinationis itinere perfecte me cognoscere, quia fieri non potest; quia quo intentius agnoscere queris. 202 eo certius incomprehensibilem intelligentes; et non queras in via præmium, quod in patria reservatur. Capilli tui, sicut greges caprarum, etc. Qui versiculi prius positi sunt, sed repetitio firmata est indicium. In capillis populi, in dentibus*

CAP. VI. — N. 9. *Quamvis veteres mss. Codices, antiquæ Editiones pleræque, atque Ecclesia in effici, legant Sulamitis, magis tamen probandum esse*

A doctores, in gemellis fetibus præcepta charitatis intelliguntur.

4. *Sicut cortex mali Punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis. Genæ sanctæ Ecclesie spirituales sunt Patres, qui virtutibus sunt mirabiles, et moribus venerabiles, et in Christi cruce gloriari non crubescentes. Et haec magna sunt valde, quæ videntur in ea; sed multo majora quæ non videntur, et in futuro reservantur.*

5. *Sexaginta sunt regiae, et octoginta concubinæ, et adolescentularum non est numerus. Reginæ sunt, quæ amore sponsi et cœlestis prænii intuitu per predicationem veritatis et sacri baptismatis fontem solem æterno regi spiritualem generant. Concubinæ sunt, quæ carnali sollemmodo commodo Christum prædicando, vel baptizando, docent; et ideo illæ perfectione senarii numeri, per denarium, propter decalogum designantur. Adolescentulæ sunt animæ nuper Christo renatae, quarum summa propter multitudinem civium cœlestium numerum transcendit.*

6. *Una est columba mea, perfecta mea. Sancta videlicet et universalis per totum orbem Ecclesia. Una est matris sue, electa genitrici sue. Matri sue, id est, cœlesti Jerusalem, quæ est mater omnium nostrum. Unde ad nos gratia Spiritus sancti descendit, per quam nasciuntur Deo. Viderunt illam filia, et beatissimam prædicaverunt. Quas prius dixit adolescentulas, nunc filias nominat; antiqui omnes catholicam landant Ecclesiam.*

7. *Quæ est ista quæ progreditur, quasi aurora consurgens? Progreditur Ecclesia, quasi aurora, quia jam ortus veri luminis mundo post tenebras longæ ignorantiae monstratur. Pulchra ut luna. Quia sole justitia illustrata noctem mundi illuminat. Electa ut so!. Quia imaginem sui conditoris in omni justitia, sanctitate et veritate portat. Terribilis ut castrorum acies ordinata. Terribilis aeris potestatibus in unitate charitatis, fidei, et spei.*

8. *Descendi in hortum nucum, ut viderem poma convallium. Hortus eternum nucum est Ecclesia præsens, ubi nostras conscientias alterutrum minime videamus: sed fracta testa corporis, apparobit interne dulcedinis fructus. Poma convallium fructus est humilitatis. Descendit sancta Ecclesia per doctores sanctos ad eos qui prolixi ad fructus bonos, quive adhuc indigent doctrinæ irrigationem. Et inspicere si florissent vinea, germinasset malu Punica. Inspicerem si virtutum studia florissent, et si qui ad exemplum dominice passionis preparati essent summi fundere sanguinem.*

9. *Nescivi, anima mea conturbavit me, propter quadrigas Aminadab. 203 Nescivi dona gracie spirituæ in te, sponsa: sed anima mea conturbavit me propter introductionem evangelicas quadrigæ, qua Aminadab (qui interpretatur populi mei spontaneus) id est, Christus per totum velutum mundum. Cui Ecclesia consolando mox respondet. Reverttere, revertere, Sulamitis: revertere, revertere, ut intueamur te. Noli turbata esse: sed revertere ad agnitionem tui Redemptoris, qui tibi toties in prophetis, et lege promissus est. Revertiere puritate fidei: revertere operum perfectione, o Sulamitis, id est, captiva, jam a vinculis inidelitys revertere ad tuum Redemptorem, ut salveris.*

CAP. VII. — 1. *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? Tu doles synagogam obduratam: prope est tempus, quod chorus bellantium adversus malignos spiritus et laudantium Dominum videbis in ea. Quam pulchri sunt gressus tui in culcamentis, filia principis! Nunc laudes Ecclesie ab ipso sponso proferuntur; et primo operum constantia et mortificatio voluptatum laudatur in ea, quia filia principis, id est, Christi, ob gratiam baptismi.*

*Sulamitis cum Vulgata nostra, ex Hebreo ostendit Calmetus.*

2. *Juncturæ femorum tuorum sicut monilia*, quæ fabricata sunt manu artificis. Duorum concordia populorum spirituali prope secundorum in junctura femorum designatur, quia sicut monile fabricatur manu artificis, sic est ineffabili largitate conditoris nostri firmata. In monili bona opera exprimuntur.

3. *Umbilicus tuus crater tornatilis*, nunquam indigens poulis. Umbilicus, id est, fragilitas intimitatis nostræ, crater, cum conscientia mortalitatis atque infirmitatis nostræ admoniti, esilicem verbi salutari prompta mente proximis propinare satagimus. *Venter tuus*, sicut acervus tritici vallatus liliis, etc. Acerbus tritici vallatus liliis est, cum abundantia boni operis sola spe perpetua lucis colligitur. In ventre memoria; in tritico multiplicatio boni operis, in liliis castitas exprimitur. Item in tritico panis, et in cratero potus, quæ pauperibus dantur, exprimuntur.

4. *Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli capreæ*. De duabus uberibus superius dictum est. Duo ubera doctores sunt utrinque populi. In gemellis duo Testamenta sunt. Gemelli, propter manu concordiam. *Collum tuum sicut turris eburnea*. Item in collo doctores designati sunt, qui turri eburneæ propter firmatatem et pulchritudinem comparantur. Qui civitati Dei et robur præstant, et decus.

5. *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon*, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Item oculi Ecclesiæ doctores propter nutrimentum. Et recte piscinæ comparantur, quia fluenta doctrinæ suis auditoribus præbere non cessant. *He-ebon cingulum mæroris interpretatur*, quia sancti pro vanâ lætitia carnis cingulo abstinentie constringuntur; et bene in porta multitudinis, ob abundantiam popolorum concurrentium per portam fidei in Ecclesiam.

6. *Nasus tuus sicut turris Libani*, quæ respicit contra Damascum. Item in naso verbi Dei dispensatores causa discretionis designantur. Turris, quia eminentissimum locum tenet in Ecclesia, quæ respicit contra 204. Damasenum, id est, sanguinarium et impium (quia Damascens sanguinem bibens interpretator): significat carnales et crudeles, contra quos sancti doctores, in turri Libani, id est, summae Ecclesiae semper vigilant.

7. *Caput tuum ut Carmelus*, et *comus capitis tui sicut purpura regis juncta canalibus*. In capite mens designatur, in comis cogitationes. Et sicut capite membra, ita cogitationes mente reguntur. In Carmelo, id est, sublimibus, et passione Christi, quæ nomine purpuræ exprimitur, versantur. Canales, præcordia sanctorum, in quibus alligantur tales cogitationes.

8. *Quam pulchra es, et quam decora, charissima, in deliciis*. Polehra tide, et opere decora, charissima in deliciis, id est, spiritualibus virtutibus. *Statura tua assimilata est palmae*. Id est, rectitudi operis dona: semper ad victoriam tendit. *Et ubera tua botris*. Uberibus doctores ecclesiæ propter hæc prime eruditio[n]es comparantur, et butris æquantor propter mysteria dulcissima aeternitatis.

9. *Dixi: Ascendam in palmarum*, et apprehendam fructus ejus, et erunt ubera tua sicut botri vinearum. Apte enim velerissimissima crux palme comparatur, in quam Christus ascendens apprehendit fructus ejus, id est, dona quæ laetus est sanctæ Ecclesiæ, que ex illo tempore butros vinearum germinavit, id est, sanctos doctores, qui majori scientia et gratia propriæ crucem et resurrectiæ nemini Salvatoris abundant.

10. *Odor oris tui sicut malorum*, guttur tuum sicut vinum optimum. In gurgite vox praesentis doctriæ, in odore fana absentis demonstratur. Et ideo vino illa propriæ fragrantiam virtutum, haec malis ob suavitatem absentis fauæ comparatur.

CAP. VII. N. 7. In Vulgata est *vincita canalibus*. In MSS., saepè, *vinceta*, et *juncta* confunduntur. Existimant nonnulli *Carmelum* pro purpura sumi ex Hebreo *carmel*, seu *carmil*, ex quo fortasse est

11. *Dignum dilecto meo ad potandum, labiisque et dentibus illius ad ruminandum*. Rapuit enim sponsa verbum ex ore sponsi, quia ille vino optimo eam comparavit et subjecit: *Dignum dilecto meo*, id est, tanta sublimitas est evangelicæ prædicationis, quod ipse dilectus primus per hanc in carne apparen[s]t, mundo iter cœlest[e] apernit. *Labiisque et dentibus*, id est, apostolis prædicatoribusque maximis dedit ad meditandum.

12. *Ego dilecto meo*. Et non alteri, cui totam curram servitum et dilectionis impendo. *Et ad me conuersio ejus*. Me solani diligit et adjutat, ne deficiam in via. *Egrediamur in agrum, commoremur in vil[la]lis*; mane surgamus ad vineas; videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala Punica. Quia nullatenus Ecclesia vel ad hunc operandum egrediendo procedere, vel in exercitio bonaæ operationis persistendo commorari, vel saltem ad propositum bene agendi assurgere, vel animos auditorum suorum, quantum proficerint, discernere sufficit, nisi grata Dei adjuta, qui dixit: *Ecce ego vobiscum sum*, etc. Item in agro Christiani, in vineis Ecclesiæ, in floribus fides, in fructibus virtutes, in 205 maliis Puniceis martyrium designatur. In his enim singulis sponsa dilecti sui præsentiam querat.

13. *Ibi dabo tibi ubera mea*. Id est, parvulorum meorum pædagogos: quia in his omnibus proficiunt doctores sancti. *Mandragoræ dederunt odorem in hortis nostris*. Mandragora propter multitudine medicaminorum genera sanctorum virtutibus comparatur: porte Ecclesiæ doctores sunt sancti. In hujusmodi portis mandragoræ dederunt odorem, cum spiritu[m] quisque ex se virtutum famam longe lateque spargunt. *Omnia poma nova et vetera, dilecte mi, servavi tibi*. Poma nova, et vetera, præcepta sunt sive promissa Novi Testamenti, et Veteris: quia omnia ad ejus gratiam referunt Ecclesia.

CAP. VIII.—1. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris?* Vox ista est antiqua justorum optan imm adventum Christi in carne. Sugentem ubera matris meæ, id est, in synagoga nasci ac nutriti juxta humanæ conditio[n]is naturam. *Et inveniam te foris*. Intus erat dilectus, dum in principio erat verbum; foris, dum Verbum caro factum est.

2. *Ibi deosculer te*. Id est, facie ad faciem videbo, et os ad os loquar. *Et jam me nemo despiciat*. Ante adventum Christi intra angustias Judææ tantum fuit Ecclesia; post Ascensionem in toto mundo dilatata fuit, et venerabilis. *Apprehendam te*. Id est, prompta ac fideli devotione excipiam venientem.

3. *Et ducam in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ, ibi me docabis*. Peracta carnis dispensatio ne, redecentem latit[us] ducam in domum matris meæ luminibus. In domum matris meæ, ubi cœlestis Jerusalem mater nostra. Ibi me docabis potiora sperare dona, quæ in lege habuissim. *Et dabo tibi poculum ex vino condito*. Id est, ferventem amorem, variis virutum pigmentis ornatum. *Et mustum malorum granatum meorum*. Id est, gloriosum sanctorum martyrum triumphantum, qui ferventissima charitate perferunt flammas, per quas ad te transire non dubitant.

D 4. *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me*. Læva carnis Christi dôna designat, et dextera futura sanctorum cum Christo gaudia exprimit. *Quæ est ista que ascendit de deserto*, deliciis affluens, innixa super dilectionem suum? Vox synagogæ mirabilis quomodo de deserto gentilitas in amplexus subito sponsi ascendisset. *Deliciis affluens*, id est,

Hispanicum carmin et carmesi.

\* CAP. VII. N. 1. Pro *Et inveniam te*, legendum videtur *Ut inveniam te*.

ownium honorum pulchritudine. Innixa super dilectionem, omnia, quae habet ad gratiam dilecti referens. Suum, quem mihi soli mittendum putabam.

5. Sub arbore malo suscitavi te. Sub arbore crucis a perpetua morte revocavi te, ut apostolos et easteros et eos, ex Iudaea. *Ibi corrupta est matr tua, ibi violata est genitrix tua.* Id est, major plebs, Christum negando, et Barabham eligendo, reprobata est. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Ut dixi ob memoriam 206 cujuslibet rei signum aliquid ligamus. Per cor cogitatio, et per brachium designatur operatio. Si me velis habere sponsum, intus charitas fide non sicut sit, et foris operatio devoia.

6. Quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio. Fortis est usque ad mortem mea dilectio in te, o Synagoga; sed tua amulatio dura in me sicut infernus. Sed verte amulacionem in dilectionem, et eris nihil sponsa sponsa. Lampades ejus lampades ignis atque flammarum. Dilectionis lampades corda sunt fideliom; ignis, propter fervorem cordis; flammarum, propter operationis efficaciam.

7. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obrueant illam. Aquas multas et flumina, tentationum dicit incursum que visibiliter, seu invisibiliter, animas fideliū impugnare non desinunt, quibus charitas non cedit. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Sancti vere totius dominus sua substantiam pro dilectionis magnitudine quasi nihil despiciet aut.

8. Soror nostra parva est, et ubera non habet. Prima nascentis Ecclesie de gentibus tempora designat, quando adhuc et parva fuit numero, et minus idonea praedicare verbum Dei, qua si sponsus Synagoge dixisset de ea: *Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est?* Aci aperte dicit: Parva quidem numero est Ecclesia gentium, et necedum verbi ministerium subire sufficit. Quis ergo tibi vindetur, o Synagoga, de sorore faciendum nostra, quando alloquenda est, id est, per verbi ministerium ducenda in fidem? Synagoga tacente, ipse sponsus quid fieri debeat respondet.

9. Si murus est, adificemus super eum propugnacula argentea. Aci diceret: Si aliquos habet in se fortes fide, ingenio claros, vel philosophia instructos, addamus illis propugnacula argentea, id est, scientiam divinarum Scripturarum, ut eo fa illis possint tutari infirmos atque indoctos. Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrins. Si sunt simplices, tamen docendi studio inhiantes, proponamus illis priorum exempla justorum, quo certius et efficacius

7. In Vulgata, aquæ multæ non potuerunt.

A docendi opus implere possint. Cedri virtutes sanctorum et tabule latitudinem charitatis designant. Ad hanc ipsa respondet Ecclesia.

10. Ego murus, et ubera mea quasi turris. Ex quo facia sum carum eo quasi parem repertens, ego de vivis compacta sum lapidibus, et glutino charitatis adunata, et super fundamentum immobile adscita. Ubera, il est, doctores fortissimi, seu turris, qui et parvulos nutrire sciunt, et omnia maligni expellere; et hoc mihi accidit ex eo tempore quo Christus me reconciliavit, et per eum pacem reperi.

11. Vinea fuit pacifco meo in ea quæ habet populos. Vinea, id est, catholica Ecclesia fructu abundantis fidei fuit pacifco, id est, Christo, quia omnia pacificavit in coelis et in terrenis, in ea congregatione quæ multis populus possidet ex toto orbe, non Iudea solum. Traditur ea custodibus prophetis, vel apostolis, vel angelicis potestatibus et dignitatibus.

B 207 12. Vir autem pro fructu. Id est, retributione æternæ hujus vineæ. Affert mille argenteos. Id est, pro acquisitione regni coelstis, qui est fructus vineæ, cuncta quæ mundi sunt reliqua. Milenarius numerus pro perfectione ponitur. Id est, qui omnia reliquit. Argentei pro omni pecunia accipiuntur. Vineæ mra coram me. Vox sponsi. Verumtamen, et i te a iis commendem eu-todibus, tamen te semper in mea habebo præsentia, videntes et remunerans laboris mei devotionem in omnibus. Mille tui pacifici. Mille tui, subauditur, argentei. Quasi dixisset: Qui amore meo cuncta sua dimittit, in pace erit, quia omnem substantiam suam, que milenario designatur, pro charitate Dei amittit.

13. Et ducenti (id est) his qui custodiunt fructus ejus. Qui sunt doctores sancti, qui omnia mundi dimittunt, et in verbo predicationis laborare non cessant, hi duplice remuneraione, que ducentario designatur, dmantur apud me. Quæ habitat in hortis, amici auscultant. Quia locutio nostra finienda est, hoc ultimum vale a me auditio. Semper habita in hortis virtutum; et scita quia amici, id est, angelici spiritus et animæ sanctiorum, semper te considerant, et tuo gaudent aspectu. Fac me audire vocem tuam. Id est, vox predicationis tue, dum vales, semper audiatur a me.

14. Fuge, dilecte mi. Aci aperte dicit: Quoniam, in carne apparet, præcepta mihi ac dona vita cœlestis conferre dignatus es, nunc his peractis, revertere in sinum Patris, omni dilectio. Assimilare capreum, huiusmodique cervorum super montes aromatum. Et hoc mihi sit solatium, quia continua visione te nequeo cernere, saltem crebra visitatione me consolari memento.

## APPENDIX VII.

### DE CONFLICTU VITIORUM ET VIRTUTUM.

4. Apostolica vox clamat per orbem, atque in procinctu fidei positis ne securitate torqueant dicit: *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur* (II Tim. iii, 12). Et ecce quia Christianitas etiam in suis principiis jam religiosa jamque fidelis est, desunt pie viventibus in Christo Jesu vincula, verbora, flagella, carceres, equulei, cru-

D ces, et si qua sunt diversorum genera tormentorum; quomodo ego verum erit quod per Apostolum sonuit, ut omnes pie viventes persecutionem patientur? an forte nemo pacis tempore vult pie vivere in Christo Jesu, et ideo desunt ista? Quis hoc vel desipiens dixerit?

opus emendavit, sed nullas notas aut varias lectiones apposuit. Maurini inter appendices operom sancti Angustini libellum hunc reposuerunt, discrepantia lectionis aliquibi notata. De titulo libri videri possunt commentarii nostri ad Psychomachiam Prudenii, ejusdem argumenti et tituli carmen egregium.

Num. 4. In Isidorianis, cap. 84, n. 20 et seqq., de hoc libro dissurui, quem alii sancto Joanni Chrysostomo, alii sancto Augustino, alii sancto Ambrosio, alii sancto Isidoro, alii sancto Leoni Magno, alii Ambrosio Auteperto ascribunt. Cajetani monitum ad hunc librum descripsi, Editiones et Codices mss. recensui. Pro Editione Grialii Cyprianus Suarez